

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.

Zespół (fond) 4.

Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

1623. Akty dotyczące się stosunków prawnych między Polską a elektorem brandenburskim i m.

Krakowem z ll. 1629-1639.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

Бав. 1623/11

FASCICVLVM PORTES
LIBRORVM
VT RVSTICVS AGNVM



BIBLIOTEKA FVNDACYI W. H.
BAWOROWSKIEGO WELWOWIE

№ Rkp. 1623. V. C. 14.

2

Responsum S^{ae} R^{ae} M^{ts} Spectabilibus Thiebo
Leporeo & Reinholdo Eggerto Ciuitatum Re-
giomontanarum Nuncijs Datum Varsauiæ die
XII. Mensis Martij Anno Dⁿⁱ. M. DC. XXIX.

Et si complura erant ad S^m R^m M^{tem}, & ab initio fūcti, istij
belli per ostium Duratus in Prouincias Reijub. inuecti, & sub-
sequentibus temporibus delata q^{ue} Ciuitatum Regiomontanarum
fidem debitiq^{ue} officij rationes arguerent, quæ S^{ae} R^{ae} M^{ts} de-
gatione sua posteriori attingere demandauerat pro benignitate
tamen sua R^{ae} M^{ts}. cum eadem Ciuitates per inter Nuncios suos
fidem & obsequia sua humillima S^{ae} R^{ae} M^{ts} contestando rationes
factorum suorum explicare ueluisent, & in q^{ue} spectum suum Comen-
ter eorundem admisit, & ea q^{ue} afferendæ innocentie adferreban tur be-
nigne audiuit atq^{ue} ita accepit, ut dubitare de fide Ciuitatum
nolit. Nonnullarum tamen personarum acta & attentata ulteriori
examinij relinquenda existimauit. Ceterum cum ijdem Interdum-
cij S^{ae} R^{ae} M^{ts}. nonnulla grauamina contra prescriptum Pactum
& Priuilegiorum à Diuis Successoribus R^{ae} M^{ts}, atq^{ue} eadem S^{ae}
R^{ae} M^{ts} Ciuitatibus Regiomontanis benigne concessorum, illa
ta proponerent abolitionemq^{ue} eorundem à S^{ae} R^{ae} M^{ts}. uti supra
mo D^{no} §: cum id ab Illmo Electore aliquot instantijs, uti reseruit
obtinere non potuisent: § Humillime peterent, ita mentem suam S^{ae}
R^{ae} M^{ts} declarandam uersuit.

Inprimis optasset R^{ae} M^{ts}, ut Illmo Elector ijs rebus auctoritate
ordinaria mederetur, cui sicut nihil detractum cupit, ex iure &
potestate Pactis feudalijs prescripta, ita Supremi Dominijs aucto-
ritatem implorantibus, desere nec potest nec debet. Ut tamen au-
thoritati suæ Illmo prospiceretur, ita ad thronum M^{ts} suæ quæ-

relas



relax istar admisit, ut per supremos Regni sui Officiales rem cum
Legatis eiusdem Illis. communicaret, quod cum partim sua Illi de his
graviaminibus non constare, partim etiam non esse sibi integrum, quid
piam hac in parte statuere responderent, sua tandem Illar. proposita
graviamina, quantum parte altera absente fieri potuit, expendit.
Hec primo quidem, quod attinet punctum Regiminis Ecclesiastici, cu
Sa. Ra. Illar. Illm. Electorem alijs Reg. & Ducatu gravissimis nego,
tiss, per presentis belli tumultu, ita desinere & impediri probe uide,
at ut difficulter hoc rerum statu negotium id ex formula Privilegij,
orum optatum ad finem deducere, uotiq; ac desiderijs ordinum
Ducatus satisfacere possit, ea de cau in presentia quidem eo non
excusatum habet sua Illar. Illm. Electorem; ceterum ubi tempestas
bellorum feliciter Deo prosperante sedata fuerit, rem ut mature
velit, Inspectoresq; duos ex prescripto Privilegiorum constituere, pa
terni suam Illm. morebit. Ceterum ne quid hac mora iurib; &
Privilegijs, tam Ciuitatis Regiomontane, quam aliorum Ducatus
Prussiae ordinum praedicti, in suo robore eadem iura ac Privilegia
Ra. Illar. manere vult.

Et si Regia Illar. existimet, noua onera ab Illmo Electore inconsulta
sua Mte, iurib; & reluctantibus Ordinib; Ducatus Prussiae imponi
non debere, cum id iura libertaterq; eorum afficiat ac Pactis Feu
dalib; supremiq; Domini auctoritati repugnet: Nihilominus quod
attinet Portorij noui exactionem, veterisq; auctorem atq; Accisum ab
Illmo Electore institutam, declarationem tantisper suam differendam
putauit, donec Illm; quocq; Elector facti sui ratione sua Mti. de
derit, cum quo seruo Ra. Illar. aget, remq; ad antiquum usum, Pri
uilegiorumq; ac iurium prescriptum reducere studebit; ea cautione
adhibita, ut si quando urgente necessitate auctorem istam com,

mūnis ordinum consensu instituerit à portione & quota Ciuitatis
Regiomontanae de iure debita eadem o' excludatur.

Quae communi laudo faciuntur cupit R^a M^{as} seruari, & ad ef-
fectum deduci. Hinc si trecentis militibus qui praesidio Ciuitatis
Regiomontanae cent. stipendia ex aeraio Publico in Conuentu Pro-
uinciali Anno. 1627 assignata sunt, merito ea solui debent.
Vtq; hac in parte Decreto publico ratificat auctoritatem Regiam
sua M^{as} ap. Illm^o Electorem interponet, uti quocq; de eo utri-
usq; Regiomontani à suscipiendis hospitio militibus immunes sint
ac liberi.

Et si R^a M^{as} veretur ne ceteris Ordinibus Ducatus, vel illorum
Deputatis, & Curijs ad Conuentum ablegatis graue videatur,
expectare dum Deputati Ciuitatis, ex publica consultatione suos Prin-
cipales aduent, & ad ipsos grauiora negotia referant, cum id mo-
lestum & fastidiosum moram, praesertim venientibus à longe adferre
possit; tamen sua M^{as} more & instituta veteri, si p^ostina semper
usq; eundem fuit, stari vult, & ubi pleniorum hac in parte informa-
tionem acceperit, consuetudinem hanc auctoritate Regia manutenebit.

Cum non solum in graue Ciuitatis Antiquae Regiomontanae
dammum verum etiam in apertum discrimen & periculum vergat a-
quarum è Lariu Superiori in vallum Ciuitatis eisdem exurdao,
compellabit sua M^{as} Mayor & G^ou^o Ducatus Prussiae Regentes
darent operam ut alio eadem aquae deriuentur.

Prussiae

Prussiae

Quaerquam vero sua sponte futurum id Illm^o Electorem confidat
ut partem aggeris, per quem vallum ducendum est Ciuitati q^u
cedat his, tamen suis id à sua Ill^o flagitare sua M^{as} non
intermittet.

Sibberti à Bronchorst Priuilegium iuribus Ciuitatis an aduer-
setur.

setur, non satis ap. se statuere potest. Rá. Altar. & sicut nihil de
rogari vult antiquis Civitatis institutis, ita Privilegia quoq;
sua Regia nolle obliqua juriū interpretatione eludi. Quare rem
eam permittit juridicae decisioni.

Quandoquidem in hoc juncto Scotorum, & aliorum Peregrinorum
in Civitatem Memelensem introductorum declaratione novae Illm.
Electoris ab eisdem Legatis facta intervincij genti sunt, Regia
quoq; Altar. ratum id cum ea cautione habet ut ne ea concessio
Civitatis Memelensis Scotis & alijs hominib; externis Christianis,
jurib; Decretis & Privilegijs Legijs Civitati Regiomontanae concess.
sive prejudicet.

Praxatorum gravamina gra Nobilitatem, & Mos qui in pra.
judicium Civium Regiomontanorum Cerevisiam publicè venalem
habent, & Tabernarijs vendunt ut primo quoq; tempore vigore Man.
dati Executorialis Illm. Electoris ex quentū Jurisdictioni abo.
leantur. Sa. Rá. Altar. equum de Censet.

Quod vero attinet Mercatorum in subiacijs ad Arcem Spectantib;
& Opifices extra gubernium constitutos, ea de re cum Sac. Reg. Altar.
ab altera parte nullam informationem habeat, nihil quoq; ad
praesens statuere potuit. Porro ut id è re & commodo Civitatis
ad morem & institutum antiquum renovetur cura erit suae Illi.

Denum sua Altar. etsi minime dubitet Illm. Electorem, in his alijsq;
Civitatibus Regiomontanarum querelis equum de Sponte sua
probiturum, ac ea omnia si qua contra vetera instituta, jura
Privilegia, decreta quovis modo inreperiant, aboliturum, abroga.
turumq; ac operam suam aequitate, existimatione, officio dignam
daturum, ne semper quovis eiusmodi committatur, quod similium
querelarum ansam, & occasionem praebet: Tamen suam quoq;
Regiam

auctoritatem ap. Illm Electorem huius in parte interponet utq; Du-
 caty iure Feudi sua Illm a R. M. & Rep. commissary & collaty
 ex formula prescriptoy, pactorum ac iurium administrat, gra-
 uaminay, praeserta iuxta presentem sua Mts declarationem,
 uel quam postea ex pleniori informatione faciet, tollantur & a-
 boluantur; ac demum ne id Ciuitatib; Regiomontanis ac ipsi-
 met. internuncijs publicis priuatumq; noxa sit, quod patrocinium
 Sa. R. Mts ubi Supremi Dni in praemissis cum debita erga Illm
 Electorem fide ac reuerentia implorauerint, curae erit sua
 Mts, idq; etiam presenti suo rescripto cauet. Modo illi quoy
 fidei & officij sui memoret, R. M. ac Rep. hoc praesertim
 bellorum motu ita demereantur ut praeterea errata illustiori
 fidei gestatioe eliant, neq; aut ipsi quoyquam fidelium subdito-
 rum exstimatioe indignum committant, hoste aut commeatum
 aut bellica instrumenta ex Ciuitate suppeditando aut alio quo-
 uis modo reby ipsiy commodando; neq; id priuatum a quoquam
 attentari permittant, sed potius cum Regia Mts ac Rep. milib;
 lum id maiore conatu & apparatu incumbere incipiat, ipsi etiam
 eo uic, q; sita, facultate suas conferant ne hosti ullum belli
 momentum inibi accedat. Quod sicut fortiter & gstanter fa-
 cturus R. M. q; fidit, ita securitatis munimentum, iurium
 commodorum Ciuitis Regiam benignamq; serper uam ducet.
 Quod maioris fidei graua manu sua Regia Subscriptum sigillis
 Regni communi mandauit.

Syismundy Rex



Joannes Lipsdy

Mandatum S^c. R^e. M^{aj}est^{atis} ratione
depositorij Cinerum, ad antiquam Civit.
Sigismundus III. DEI gratia Rex Pol: Magny Dux Lithu:
Rus: Prus: Masov: Samogit: Livoniae, Nec non Suecorum
Gothorum Vandalorumq; hereditarij REX.
Spectabilib; & Famatis Procons. Cons. totiq; Magistratui Civitatis
antiquae Regiomontanae fid. nobis dil. gr^{at}iam n^{ost}ram Regiam. Specta-
biles & Famati Fid. nobis dilecti. Deferuntur ad nos diversarum
personarum ex Regno, Magny Ducatu Lithuanie, Regiomontana
merces suas venientium, praesertim vero Sylvestrium mercium, n^{ost}ra
& S^cmi Principis Vladislai Sigismundi filij n^{ost}ri Car^{issimi} Nobilis
Jacobi Jacobson^{is} Factoris quaedam, nostras & alias merces quae eo
adducuntur, usurpatione & pretextu quodam Civitatis Crispbonienfis
Regiomontanae, ac imprimis Cineres oer lotorios vulgo Wredeljs
tantum ad Crispboniense depositorium cogi, ibidemq; a Censore sine
aestimatore Cinerum, quem Bracatorem vocant, magna temporis &
commoditatum, ac occasionem jactura & damno quod etiam ex ip,
sive Bracatoris sine Censoris, tum cunctatione tum exactionib; in,
solutis fieri solet, detineri. Nos pactis publicis, Privilegijsq; Div^{inis}
rum decisorum n^{ost}rorum, ac maxime Divi Casimiri, inhaerentes,
quib; cautum est, ut libera sit Regiomonti mercium depositio, fid.
V^{ost}ra, sic omnino habere volentes ser^{vo} mandamus, ut in Civitate
sua veteri Regiomontana, certum depositorium, quatenus reliquarum
mercium Sylvestrium, iam assignarunt; ita quoq; ad usum & deposi-
tionem, nec non censuram, oer generis Cinerum, Tam Potatici,
quam Lotorij vulgo Wredeljs assignent; quo liberum sit orbi
appellere; Censorem sine Bracatorem qui mercatoribus praestit
probatae fidei ac virtutis hominem, ibidem instituant; providentib;
ut merces

ut merces aduicta, quanto citius censure subijciantur ne uel
ex mora, et ipse mercium censura aduenientes ullum damnum
uel incommodum patiantur. Pro gra nra officiorumq; suorum
debito. Datum Varsoviae die X. Mensis Aprilis. Anno 1631. Re-
gnum nror. Pol. 44. Suecia 38^{to}. SS

Sigismundus .3. Dei gra Rex Poloniae
Magnus Dux Lithuæ. Russ. Pruss. Masoniae
Sanguæ, Livoniae, nec non Sueciae Gotho Vana-
dalorum Sveciae REX.

Spectabilis & Fidei nob. Diligenti. Ex his Fid. Vuarum, tum
etiam Sphe. Joannis Copen eorundem Secretarij & ad nos Internunciij
relatione intellexim. Fid. Vuar a levatione integra tertie partis
ex Portorio Regiomontano ab Illmo Electore Brandenburgico eiq;
nunc absente a Supremis Consiliarijs Regentib; nulla iurium suo-
rum habita ratione excludi; ac privilegio quodam persuam Illm
reformatæ religionis Professis, gra Pacta & recessy nuper concessio-
Exercitium Religionis Reformatæ induci, totumq; Duratum per-
niciose mutationis periculo exponi; atq; tenum responsis & rescrip-
tis nris s̄ satisfieri; Scribim; ad Magis & Grivos Consiliarior
Regentes, ut facti istij rationem nobis reddant, & cum eam ter-
tiam adaudi Portorii partem Fid. Vuar deneget, plene nos quan-
to citius & sine mora informet, auctore eadem tantisper in se-
questro permanente. In reliquis etiam punctis eorundemhorta-
mur ut voluntate quoq; suar intentioni ac Declarationi nra
accommodent monitir; nris pareant; quæ oia Fid. V. ex relatione
sui internunciij & responso nro ex Cancellaria ipsi dato, fuisse
intelligent; Ceterum nos Fid. V. Supremi Directij, Dominij nri
auctoritatem implorantib; in posterum quoq; patrocinio nro
Regio s̄ decrim; iuribus ac Privilegia eorundem facta
tecta q;

lectaq; conseruabim; . Quod Super² Fib. Vra² hifce recte valere
desideram;. Datum² Varsauiæ die XXVII. Mensis Aprilis. Ho
S^m N. DC. XXX. Reynor: nrorum Pol. XXXXIII. Suæcæ reio
XXXVII. Anno.

Sigismundy Rex.

Spectab: & Amat. Procoss. Coss. totiq;
Magistratuj Ciuitatum Regiomonta
narum fid. nob. dilectis. Item d. 4. Maij
Ho 1630. p

Responsum S^a R^a. M^{tis} Spectabili
Joanni Koien Ciuitatum Regiomon
tanarum Secretario & Nuncio Sa
tum Varsauiæ die XXVII. Mensis Apr.
Anno. Dⁿⁱ M. DC. XXX.

um Ciuitates Regiomontane partim his suis ad S. R. M^{tem}
S^m n^m Clementissimum datis, partim per Spectabilem Joan
nem Koien Secretarium & Nuncium suum S. R. M^{tis} deano
quererentur; Se contra iura sua & Transactionem cum Ma
gistris Crucigerorum, ante ducentos propemodum annos in istam
continuumq; usum, ac interruptam consuetudinem a quib; prope
seculis a leuatore integra tertie partis, ex Portuio Regiomon
tano ab Ill^{mo} Electore Brandenburgico, & in Prussia Duce, eor;
absente a Consiliariis Regentibus, nulla iurium Privilegiorumq;
eorundem habita rade excludi, S. R. M^{tis} ear querelar ad Thro
num Maiestatis sue benignè admisit, ac cum Supremis Reg^{is} sui
Officialib; matura deliberatione expendit. Et licet validis ra
tioib; Ciuitates in asseren iure suo quoad integri & adu²ti
etiam Portuioj prouenientis tertiam partem innitantur & S.
R. M^{tis} Privilegia earum usu antiquissimo confirmata sar

ta tectaq; conservare velit; tamen ne Illm^o Elector absen-
 tibus & mandatis mandatarior^{um} suis decisione S. R. M^{aj} esse
 aggravare pretendere possit, potius eam decisionem suam tan-
 tis per differendam de S. R. M^{aj} duxit donec Ill^{tr} su^o
 facti istiq; rationem M^{aj} Regie reddat, & cui eam auctoris le-
 tionem Civitatib; tenget, plene eam informet, quod ut Maj^{or} &
 Gen^{er}osi Supremi Ducat^{us} Prussia Consiliarij Regentes, Illm^o E-
 lectoris no^{mi}ne, quanto citiq; ac sine mora fariant, seclat^o ear-
 dem S. R. M^{aj} admonitar^{um} ce voluit. Interea vero ne aliqua
 partium, prejudicium jurium suorum, uel detrimentum aliquid
 patiatu^r requirit S. R. M^{aj} ne alterutra partium sine Illm^o
 Elector sine etiam Civitates sub pretextu juris sui quippiam
 de illa auctione modo ut praemissum est instituta ex Portorio
 leuet, verum ad sine M^{aj} decisionem illinc sub sequestro & Clauib;
 tam Consiliariorum Regentium, quam etiam Civitatisium asser-
 vari faciat ac permittat.

Quantopere solenni de Religionib; statuto derogetur^r juribusq;
 ac pactis Feudalibus regnaret Privilegium ab Illmo Electore
 reformatae Religionis Professis datum, satis S. R. M^{aj} perspi-
 cit; quo videlicet Legionensi certis fundis pro sepultura so-
 natu^r, eiusq; Profereⁿ & dilatan^o coemptis contiguis fundis
 aedificiaq; in eodem extruendi jus tribuitu^r. Tali n. Privilegio
 Exercitium Religionis reformatae, q^{uia} pacta & recessu^{um}, quib;
 praeter Catholicam & Augustanam reliqua excluduntur, m^{ul}ti-
 totum Duratum perniciosa^e mutationis periculo exponi & varijs
 difficultatibus involvi posse subreerendum. Quare ut idem Pri-
 vilegium ex Archivis terrarum Prussia elidatur, nullumq; robur
 obtineat, atq; oia plerarie in integrum restituantur S. R. M^{aj}

Supremo

Supremor Consiliarior Regenter iterato requirit.

Ceterum cum Nuncio Ciuitatum Regiomontanarum S. R. M^{ti} nonnulla grauamina quae gra praescriptum Factorum & Priuilegiorum irrepserint, postrema sua solenni legatione proposuissent, abolitionemq; eorundem à S. R. M^{te} uti Supremo directoq; S^{no} humillime petuissent. S. R. M^{tas} iisdem cum Supremis Regni sui Officialib; matura deliberatione expensis, ac re cum Legatis Illm^{is} Electoris communicata mentem suam Regiam publico rescripto & responso suo declarare dignata est. Cui priuilegiis equit ut intentioni ac decisioni suae memorati Supremi Consiliarij Regentes, voluntate quorq; suas accommodassent, eidemq; in orb; punctis satisfecissent, verum cum praefata Ciuitates per moderatum interuincium suum Spectabilem Joannem Roien humillime denuo S. R. M^{ti} exponi fecerint, nondum Rescripti & Responso Regij contentis satisfactum esse, nec grauamina abolitionem aliquot instantijs suis Ciuitates obtinere potuisse. Idcirco S. R. M^{tas} eisdem Consiliarior Regentes seruo hortatur & requirit, ut ratione eorum grauaminum praefatis Ciuitatib; iuxta Priuilegia eorum secretaq; nra & publica responsa satisfiat, ipsq; rebus quae in Controversiam uentur, auctoritate sua medentur, cum S. R. M^{tas} ijs qui Supremi Domini auctoritatem S. R. M^{tis} implorant, se esse ne possit, nec debeat.

Quod superest Sac. Reg. M^{tas} Nuncio gratiam suam Regiam benignè defert.

(L.S.)

Ad mandatum Sac. Reg.
M^{ti} proprium

Christophory Lode
Sac. Reg. M^{ti} p.

Littera Sa. Ra. M^{aj} ad Sereniss. Princij.

7

Sigismundy III. DEI gratia Rex Pol: Magny Dux Lith:
Rus: Pruss: Masou: Samogitiæq; Livoniaq; nec non Suecoru
Gotborum, Vandalorumq; Hereditarij REX.
Etsi non dubitamy Jhm Vram pro munere & officio suo ea omnia gravu
mina, q; Interuentij Ciuitatum Regiomontanarum, cum antea
tum etiam ad nos nobis exposuerunt et q;ta Pacta Feudalia, Juraj
Privilegia, Decreta, Recessy, & antiquam consuetudinem introducta sunt
sua sponte abrogare & abolere voluisse, ta cum nos prefatarum Ci
uitatum denuo querela ad nos deferretur, ear suorum gravu
abolutionem reij; iudicata executionem obtinere non potuisse, nos pro
jure Supremi Directij; Domini; nri auctoritatem nram implorantib;
desse non potuimy ac Jhm Vram serio monendam & eluxim; pntib;
monemy, det operam officio & existimatione sua dignam, ut ea omnia q; Re
sponso nostro Ciuitatum Regiomontanarum nuntijs dato contineantur de
bita executioni mandentur, Regimen Ecclesiasticum ex formula Pactoru
& Recessuum cum Consensu Ordinum in primo Conuentu, per Jhm Vram
iudicem instituantur; nihilq; quod Privilegijs, Decretis, Jhm Vra &
inveterata consuetudini Ciuitatum Regiomont. repugnet Ciuib; Membr:
permittatur. Decreta Jhm Vra & S. Parentis Jhm Vra p. m. q;ta Dux
atq;iam Cerevisariam Tilsen: sine ulteriori mora ad debitam execu
tionem deducantur. Factores & Negotiatores Exotici ex locis sub
Castro orty eruantur. Ibidemq; Cerevisiam coquere ut alibi cocta
aduehere & propinare prohibeantur. Privilegium Calvinisticam Religi
onem professis concessum, ex Archiepo terrarum Prussiae elidatur, omnia
ad pristinum statum restituantur. Delata est iterum ad nos quere
la nos Ciuitatum Regiomont. ipsi; levationem tertie partis an
portorij denegari. Etsi vero existimemus Ciuitates a quota & portu

one tertiae partis quemadmodum ferente sic casu diminuti sic etiam
adanti portorii excludi non posse, tamen ne celeriori sententia nostra alteru-
tri partium praedictarum pleniorum de hoc negocio Illis Vire inform-
mationem intra trimestre faciend. praesto labimur, cum intuitu
litarum nostrarum iuris & antiquae consuetudini Civitatum derogare nec
voluerimus nec potuerimus. In eo quoque Illis V. requirentium ce-
diximus, ut iudicium Corporium gnate quod illicitis Commerciorum
usus prohibetur, omnia de prerogativa loci cum Crispou. ytrouen-
sua in Curia Civitatis Antiquae exerceri auctoritate sua efficiat.
Ad aquas ex Superiori lacu fortificationi novae damnosas alio de-
rivari & pro reparandis damnis quereis & fraxinos ex sylvis suis
dari iubeat. Denum pro Civ. Cobur. partes nostras apud Illm V.
interponimus, ut in Gravaminibus quae ipsi Superioris Consistorijs Regi
exhibiti sunt satisfiat. Haec sunt quae ad praesens Illis V. signific-
esse duximus non dubitantes Illis V. omnem operam daturum esse ut
praemissa gravamina aboleantur, & intra trimestre debita execu-
tioni mandentur, nec ulterius querelarum occasio Civitatibus relin-
quatur. Quae cum si effectum suum sortita non fuerint, terminum
Illis qui pro .7. Julij legit. incidet coram nobis comparere ultorio,
remque nostram decisionem audiend. peremptor. assignamus. Quam
terminum Illis Vire mandatarij observari tenebuntur. Quod super
Illis Vire feliciss. rerum successu & diuturnam incolimitatem a Deo
precamur. Anno 1631. Mens. April. die 12.

Litterae Sa. Re. M. ad Dux. Regentes.
Magnif. & Generos. Sinc. & Fid. nobis Hil. Existimabamus eadem
S. & Fid. V. literis nostris aliquoties monitas pro munere officioque
suo ea gravamina quae nobis antea Civ. Reg. per suos Nuncios expo-
suerunt

posuerunt & nunc deus de ijs non abolit. nobis conqueruntur,
abrogatas fuisse, & terminum specialibus nostris literis prefixum
attentaturos. Cum vero apud S. & Fid. V. prefata Civitates eo-
rum gravaminum abolitionem obtinere non potuerint ac ipsemet
S. & Fid. V. terminum sibi his nris assignatum neglexerint.

Nos Supremam nram auctoritatem implorantibus deesse non potuimus
eadem gravamina materia deliberatione nostra expendimus. Super
quibus quid statuerimus ex adiuncto R. S. P. nuntijs memoratarum
Civit. dato plenius S. & Fid. V. intelligent. Ceterum S. & Fid. V. seruo
hortamur in eam rem sedulo incumbant, ut ea omnia quae hoc R. S. P. nro
continentur intra trimestre debite executioni mandentur, gravamina
abolantur, nec ulteriores querelarum occasiones Civitatibus prebeantur.
Non enim diutius Rescriptorum morum exequi. prostrahi patiemur.
Quod si vero ea omnia debitum effectum sortita non fuerint terminum
post tres menses, qui 7. Julij legit. incidet coram nobis comparere ac
ulteriore nram decisionem audiri. peremptorie assignamus. Quod nos
S. & Fid. V. siccan esse duximus, quas de cetero bene valere desidera-
mur. No 5631. 12. April.

Litterae S. C. L. C. S. P. ad Crispocianos.

Spectab. & Famati. fid. nobis dilecti. Custodiendumque antea Civitates Reg.
gravamina sua nobis proposuerunt, eorumque abolitionem apud nos hu-
mill. sollicitaverunt. fid. quorumque nra alij Civitatibus sese adiunxisse & omnia
negotia consilii hac promissis meminimus, quam unionem uti Civitati
suae laudabilem sui quoque salutarem fuisse ante acta tempora docuerunt.
Nunc vero non sine admiratione & offensa nra animadvertimus,
fid. V. ab hac consuetudine deviare, & sese privati cupidam respectu
causa separasse terminumque a nobis specialibus his nris Civitatibus assign-
atum temere neglexisse, arbitrantes ea quae obtinebuntur aequè in suam
commodum

cessum. Idcirco quoniam hanc separationem reprehendimus, ita etiam
equum et statuimus ut ea quae ad conficiendum iter suum inter
nuncios prefatarum Ciuitatum exposuerunt. Fid. V. refundat,
quod ut faciant seruo iisdem mandamus. Cum quoque ad seruandum
bonum ordinem in Ciuitate Regionum plurimum intersit, iudicium
generale consorium institui atque exerceri equum et censum et
Fid. V. precipimus ut omnia de prerogatiua loci quoniam in Curia
Ciuitatis antiquae Regionum, in qua omnia publicae negotia per Ciuitatem
Regionum, concernentes expediuntur conueniant ibidemque hoc iudici-
um consorium exerceant et quae ad publicam utilitatem spectabunt
omnibus consilijs promouant. Quod superius et V. bene valere cupimus.
12. April. a. 1631.

Responsum Sa. Ra. Mti. Spectabilibus Hioho
Lepner, Consili antiquae Ciuitatis Regionum
Joanni Coier Secretario, Bartholomaeo Lölhöfel,
Christophoro Höpner, Martino Möller Ciuitatum
Regionum, Veteris Ciuitatis et Lobnicensis
Nuncijs Datum Varsaviae die. 12. Aprilis Anno Dni

M. DC. XXXI.

um internuncij duarum Ciuitatum Regionum, veteris
Ciuitatis et Lobnicensis. Sa. Ra. Mti. certa quaedam grau-
amina quae quaeque praescriptum Factorum et Privilegorum a Divis
Decessoribus Regi. Mti. atque eadem Sa. Ra. Mti. Ciuitatibus Regio-
montanis benignè concessorum illata, ac nonnulla per Sm. Rm
Mtem prioribus rescriptis et responsis uti quosque ab Illmo Electore
et sua Mti. p. m. Dno parente, decisa nondum Executioni de-
mandata et exponere et abolitionem eorundem a Sa. Ra. Mti.
uti Supremo ac directo Somno si cum id a. Magis, Genos. Supre-
mis Consiliarijs Regentibus sapienter requisitis, his Sa. Ra. Mti.

monitis

monitis obtinere non potuissent: Sumillime peterent. S^a. R^a.
M^{tas}. ex iure & potestate S^acti Fe^derati^onis prescripta Superiori
sui Domini auctoritatem implorantibus, proposita gravamina
expedit, ac in punctis sequentibus ita mentem suam declaranda
censuit.

Ne primo quidem quod attinet punctum Regimini^o Ecclesiastici
cum existimet S^a. R^a. M^{tas}. Ill^m Electorem, praeteritis belli tem-
poribus & alijs gravissimis Electoralibus, Ducatibusq; negotijs,
distentum & impeditum ex formula Pactorum & Reversorum ac Spe-
ciali consensu & requisitione S^a. R^a. M^{tas} ordinum Ducatus P^{ro}vs-
ar^{um} Ciuitatum rotis & desiderijs satisfacere, atq; ex praesens Priu-
ilegiorum duos Inspectores constituere non potuisse non dubitat e-
adem S^a. R^a. M^{tas}. Suspensio iam in P^{ro}vsia bello rebusq; ad temp^{us} Seda-
tis, negocium hoc Ill^m S^uam maturaturam, & in primo Conuentu
ab Ill^e sua iudicari, cum omnium ordinum Consensu Inspectores in-
stituturae qua de re S^a. R^a. M^{tas} suam Ill^m monebit.

Existimat S^a. R^a. M^{tas} Ill^m Electorem Ciuib^{us} Memelensib^{us} nihil
quod Priuilegijs, Secretis Electoralibus & inueterata consuetudini Ci-
uitatum Regiomontanarum renunciat concessurum, indemnitatq;
eorundem promissurum. Tamen suam quoq; Regiam auctoritatem
ap. Ill^m Electorem hac in parte S^a. R^a. M^{tas} interponet Seduloq;
suam Ill^m monebit ut, quantum hoc rerum statu fieri potest,
Ciuitates circa sua iura, Priuilegia, Secreta, & eorundem confir-
mationes seruet, nec quidpiam, quod in eorum detrimentum
vergere possit, permittat. Ceterum in posterum quoq; ipsae
Ciuitates Memelensib^{us} ad pristinum statum restituta, in suo robore,
iura ac Priuilegia Ciuitatum Regiomontanarum hac in parte
manere debere statuit.

Cum Ciuitates Regiomontanae con^{tra} Braxaturam Cereuisiana
Silensium Secreta & S^a. R^a. M^{tas} confirmationem obtinuerint
& duntaxat

4
Et duntaxat realis eorum Executio desideretur monabit. Sa. R. A.
Mtar per literas suas Illmum Electorem, ut eorum indultam Exe-
cutionem. Magis ac Generosius Supremis Consiliarijs Regentibus alijsq;
officialibus suis injungat, nec quicquam, quod iuribus Civitatum re-
pugnet, ab aliquo committi permittat.

Illud quoq; in graue damnum & detrimentum Civium vergere. Sa.
R. A. Mtar facile perspicit, quod Factores & Negociatores Exotici,
Institatores ac propinatores, & alij cuiuscunq; generis hoies in locis
Subcastrensibus, vultuo Freyfeiten, sedem figant, victumq; Civibus
praeripiant; Quare ad monabit Sa. R. A. Mtar Illmum Electorem,
ut eiusmodi Exotici mercatores ex ijs locis ortu vigore Factorum
& Receptuum omnino arcantur, nec receptus ipsis ibidem pateat,
quippe & hoc sedulo sua Illtar prohibeat, ne in Suburbijs, & Sub-Ca-
strensibus locis aliquis Cerevisiam vel ipse coquere, vel alibi coctam
adhibere & diuendere ac propinare, nec alij, quam quibus ex nupera
Sa. R. A. Mtar exhibita Supremorum Consiliatorum Regentium de-
claratione et restrictione in Anno j 631. die. 21. Februarij gestum
est Cerevisiam Paganam vel aliunde adductam pro mensa sua usu
comparare audeant, sub amissione eiusdem Cerevisiae & graui anni-
maduersione in delinquentes extendendo.

Ne vero Opificum in locis Subcastrensibus manentium numerus in in-
mensum in praerudicium Civitatum Regiomontanarum exerceat,
aequum censet Sa. R. A. Mtar, ut certus illorum numerus constitutur,
ipsi sint ibidem possessionati, illi vero qui nunc sunt artificij sui
contubernio, hanc legitimi ortu ac Testimonia de sui artificij sci-
entia exhibeant, religionis suae ac bonae fame ratio reddere teneat,
ac non nisi soli, pueris socijsq; remotis, opificia sua exerceant,
quod itidem Sa. R. A. Mtar his suis a sua Illtate flagitabit.

Ceterum Sa. R. A. Mtar monendae quodq; ea in re Civitates voluit,
ne artifices

ne Artifices Contubernijs inscribi volentes maioribus impensis
graventur, sed certum eis rei precium Magister Civilis constituat
Braxatorum gravamina contra Nobilitatem & alios qui in provin-
diciis Civitatum, Regionumque Tabernarum extruunt & Co-
cuisiam publice venalem habent, & Tabernarum vendunt, ut abo-
leantur, equum conferat S. R. M. & in hanc Privilegia & Carta,
quae consuetudini serio prohibebit, ne intra unius miliaris spatium
Taberna extruantur, in extructis vero nullam Cocuisiam coquant
sed duntaxat Regionemque propinent.

Cum in eo quoque Braxatores multum se gravari querantur quod
Supremi Consilii Regentes nonnullis aulae officialibus certis edoc-
& integris Plateas assignent, quarum inhabitatores ab ipsis solum
cocuisiam recipere & propinare jubentur, quod ipso reliquis Civibus
Cocuisiam suam illis vendere contra inuestitam consuetudinem via
precluditur; Existimat S. R. M. acquirissimum & ut cumis
Propinatori locorum subcastrum liberum sibi a quocumque Civitate Braxa-
tores Cocuisiam propinare accipere.

Porro non dubitat S. R. M. Supremus Consilii Regentes
matura sua deliberatione probe expendisse, quantoque iuris, pactisque
Fundalibus, Recensibus, Responsis & solenni de Religionibus statutis
Privilegium ab Illmo Electore Reformatae Religionis professis da-
tum deroget, quod videlicet ipsius Coemiterium prope Parochiam
Ecclesiae Catholicae conceditur. Quia ut idem Privilegium ex Ar-
chiducum terrarum Prussia abidatur, omnes in pristinum statum re-
stituantur nec quavis contra vetera pacta, Decreta, Recensibus in-
sterum admittantur, iterum Supremis Consilii Regentibus serio
demandabit. Ut vero corpora totius diversarum sectarum Sepeliri
possint, mandat S. R. M. Magistratui Civitatum, ut certum
locum in suis Coemiterijs pro eorum sepultura assignet, nec majus
pretium ab ipsis exigat, quam peregrini Augustanae Confessionis
solvere consueverunt.

Quemadmodum

Quemadmodum S^a. R^a. M^a. auctoritati pactisq; Feudatib; Electoris nihil derogatum cupit, ita quoq; Ciuitates in iure suo ac antiquissima consuetudine conseruari vult: Proinde quod attinet Portorij aucti portionem, etri existimet S^a. R^a. M^a. Ciuitates a portione & quota tertie partis ex prescripto transactionis cum Magistro Theutonici Ordinis in anno 1443. sibi debite excludi non posse, easq; ad tertiam uti ferente sic casu deminuti, ita etiam ad aucti Portorij portionem admitti semper debere, cum tamen pleniorum ea in re requirat informationem neq; alterutri parti celeriori sententia preiudicare velit, differrendam huius casu decisionem arbitratur, quo firmis ratioib; utriusq; expensis & trutinatis tam hoc negocium, quam etiam alia stabiliantur, saluis tamen ijs, que anteriorib; l^{it}ris n^{ost}ris ratioe sequestrationis eiusdem portionis Portorij declarauimus.

Si quando contingat, ob non solutum Portorium merces cuiuspiam fisco subijci, a quomodo censet S^a. R^a. M^a. uel ad Commissorum participationem Ciuitates admitti, vel saltem eam portionem qualis respectu mercium in Portorium inferri fuit, ipsi soluendam esse.

Quicunq; in Ciuitatib; ad instar aliorum Quorum cryptis lapidibus ac Domib; victum & alimenta sibi comparant, eos quoq; onera Ciuitatis ferre necessum est. Proinde officialiter Electorales ceteriq; Nobiles in Ciuitatib; domos habentes ad ferend. Ciuitatis onera teneri, nec ab iisdem eximi posse S^a. R^a. M^a. existimat, cum & Nobiles Regni similib; onerib; in Ciuitatib; possessione habentes subiaceant.

Officialium Fisci in iure dicendo potestatem, S^a. R^a. M^a. in breui Secretis Commissarialibus de Anno 1609 declarat, eam utiq; iure agentib;, similem esse debere, iusque hinc casus merie Fisci citationib; ad iudicia ordinaria editis promouere, Reos Fisci coram Ordinario Magistratu accusare & solita iuris processus forma.

11
forma non intermissis primis instantijs, eiusmodi casus insti-
tute, non vero captivare vel violenter cum aliquo procedere saluam
nihilominus ad superiora subfella Appellatione.

Quantum ad jurisdictionem in delinquentes Publicos; Cum juribus ac
Privilegijs cautum sit, ut antequam in Civitate Civem offendens, vul-
nerans, occidens, vel quidpiam aliud iudicio ulteriori dignum
committens, per Civitatis iudicem iudicetur. Sa. Ra. M. Civita-
ter Regiomontanas circa haec jura & Privilegia benignè conservat,
quæ etiam in omnem casum, inhaerent Diplomatici Invenitur in Decretis
Anno 1611. & his Reversalibus ordinum Ducatus Prus-
siae Anno 1612. perpetuè firmitudinis robur obtinere debere de-
clarat.

Quæ ad communem Civitatum utilitatem promovendam instituantur,
Sa. Ra. M. servari & ad effectum deduci cupit. Hinc cum iudi-
cium censorium Generale si cuius beneficio illiciti commerciorum
negotiationisq; nisi precauetur à compluribus retro annis, omnium
Consensu institutum sit, stari debere huic ordinationi Sa. Ra. M. ex-
stimat, ad quam rem promovendam Illm. Electorem huc suis
compellat, ne is permittat hoc negotium quocumq; pretextu ingre-
di, aut aliquid à quopiam fieri, quod Civitatum juribus ac Privi-
legijs repugnet. Cum vero Crisbouienses, communibus Civium votis
ac desiderijs soli resistantur, eamq; vel maxime ob causam sereni
Com. Sa. Ra. M. proponendarum quærelarum proposito, ab alijs
Civitatibus, extra Veterem laudabilem unionis consuetudinem non
abq; eidem Sa. Ra. M. offensa seperent, ut iudicium Censorium
privati sui respectu casu si uti quidem Sa. Ra. M. refertur, impediat,
Idcirco Sa. Ra. M. pro sua Suprema Archiep. Dominij potestate
serio Magistratui Crisbouiensi demandabit, ut omnia haec de pre-
rogativa loci generis in curia Civitatis antiquæ Regiomon-
tanae, in qua omnia publica negotia tres Civitates concernunt expedi-
untur, hoc idem iudicium exercent, & quæ ad conservandam in Civi-

„tatibus

tatibus bonum ordinem spectabunt, communibus consilijs imperium
promoveant.

Privilegium Gedanen, super sigillatione pannorum, jure Civitatis
an aduersetur, non satis Sa. La. M. ap. restitueri potest, &
quemadmodum jure Civitatum Regiomontanarum Sa. La. M. ap.
nihil derogatum esse cupit, ita quovis nollet Privilegium Gedanen
quod ipse tanquam sustentum fidei ac meritum premium publico
consensu concessum est contraria interpretatione in dubium vocari
cum nihilominus Civitatibus liberum sit, jure sigillo & iam Gedanen
non signator, in Civitatem recipere, ibidem distrabere ac remanere
exponere.

Et si Sa. La. M. ap. fidat, sua sponte illum Electorem facturum esse,
ut aquae ex superiori lacu ad artem spectante promanentes, & Forti-
ficationi Novae admodum damnosa rite abdicantur, cum o solam
in grave Damnum Civitatis antiquae Regiomontanae rerum etiam in
apertum discrimen & periculum vergat ea in nullum mandatum. Com-
pellabit Sa. La. M. ap. Major ac Gubernator Supremos Consilia nos Regen-
tes, dent operam, ut alio ea aquae deriventur, & pro reparandis sumis
acceptis, quibus ac fraxini e sylvis sua Illius Civitati cedant.
Si aliquando contingat, Civitates cum consensu Civium, pro usu
& necessitatibus Civitatum suarum, contributiones inter se laudare
ac institueri, id ipsas sine o Majorum Regentium Præsior
impedimento & contradictione liberum esse debere Sa. La. M. ap. arbi-
tratur.

Pro Civitate Librica Sa. La. M. ap. partes suas ap. illum Ele-
ctorem interponet ut tam rade loci, quem pro existenda Catholica
Ecclesia sua Illi asserunt, quam etiam rade quarta ex heredi-
tate ab extraneis repetent ipsi debita, aliorumque gravaminum
Supremis Consiliarijs Regentibus exhibendorum ipsi satis-
fiat.

Tandem et si

12

Tandem etsi Sa. Ra. Mtes non dubitet, Illmum Electorem
has Ciuitatum Regiomontanarum querelas, aliasq; q̄ia q̄tra
vetera instituta, iura, Priuilegia, Decreta, Recesy & Responso
riescerunt, pro munere officioꝝ suo aboliturum, abrogaturumq;
ac sua sponte operam daturum, & ne deinceps quidsiam committatur,
quod similitum querelam ansam & occasionem praebeat. Ta-
men suam quoq; Regiam auctoritatem ap. Illmum Electorem inter-
ponet, & pro sua ^{supra} iustissima potestate, directoꝝ in Ducatu Ruffia
Dominio Illten. ruan. seruo seruo mouebit, eam in curiam incumbat
ut oia, quae hoc responso Sa. Ra. Mtes continentur, cum ea legibus
iuribus, Recesy, statutis Decretisq; ac antiquis consuetudinibus con-
formia sint, inuolabiliter obseruentur, Duraturq; cum Ciuitatibus
iure feudali a Rey. Mte. & Repub. Suae Illti commissis & gessis,
ex formula praescriptisq; iurium administratur: grauamina Ciui-
tatum tollantur & aboleantur, ac praemissa ab hinc intra tres
Menses debita & reali Executioni mandentur, in casu autem Con-
trauentionis pactis terminum qui Septima Julij incidet, coram nobis
comparent & ulterriorem noam decisionem audient peremptorium as-
signamus. Demum vero, ne Ciuitatibus Regiomontanis, atq; adeo
ipsismet internuncijs damno noxaeq; sit eiusmodi grauamina
proponisse, operisq; & auctoritatem ac patrocinium Mtes Rey. tan-
quam directi Sui implorasse Sa. Ra. Mtes praesenti Rescripto ca-
uet. Caterum Ciuitatibus Regiomontanis veteris Ciuit. & Lobnic.
et earundem Internuncijs Sa. Ra. Mtes gram suam Reg. benigne
desert.

Syrmundus Rex.

L. S.

Christophorus Lode
Secre. Regi. Mtes.



Littera Illmi Electoris ad Regem Poloniae
Serenissime & Potentissime Rex. Rerum omnium felicissimos suc-
cessus deuote precamur, studiisque & obseruantiam deferimus debita
cum fidelitate fidelem.
Cum Sa. R. M. S. V. in responsio. 14. Aprilis Varavia Interuencij
Ciuitatum Regiomontanarum dato, cuius annexo ad nos rescripto,
super a praedictis Ciuitatibus quibusdam & a nobis denegata participa-
tione auctionis portorij iterum informationem requirit, officij ne-
duximus eandem perficere: Benigne itaque S. R. M. S. V. sibi in men-
reuerare dignabitur, quae nuperam Induciarum tractatione difficult-
ter aborta fuerint, nempe earum nulla alia ratio utriusque concludi po-
tuisse, nisi maioris Juris & alia quaedam confirmata in tabulis induc-
iarum expressa loca nobis in sequesterum darentur: quod quamquam
summo periculo migratum esset, & magno vero dispendio, ne tractatum ne-
gotium irritum fieret, aut tranquillitatem regni remoueretur
tandem non attentis turris quoditionibus, de tradendo tractu nostro
maritimo & praecipue portu & munimento res Muelensi, ha-
bita expressa stipulatione, ut sustentandis praesidijs, & factis tech-
sequestri, quae non exiguum absumptura praesidiabant, quibus redditus
nostri non sufficientes, de sumptibus aliunde suppeditandis cogita-
retur, voluntatem nostram accommodanter suscepimus. Cumque ex
parte Suecorum & Ciuitatis Gedanenris similis sollicitudo eum
praesidia aborta esset, hinc factum est, ut Mediatorum Regum
Franciae & Magnae Britanniae Legati interuenienter pro sua dex-
tate medium auigendi portorij omnium partium consensu adiuue-
nerint, itaque rem transegerint, ut quod ad rem presentem pertinet
Portorium illud quod in Lillariensi portu hactenus fere ad centesimam
rationem solutum fuerat, deinceps pro necessitate praesidiarum,
aliorumque, quae in sequestri usque ac obseruationem impendere necesse
fuerit, nunc duplo circiter auigeretur, adeoque quinquagesima mercium
in uniuersis

13

in uniuersum pro nra portione solui in posterum deberet. Sicut
igitur auctio hanc Portorii à Regijs Legatis non augetur rei nrae
multo magis ut in Regionum Ciuitatum, quarum ne ulla quae
in uniuerso tractatu mentio facta, usum in toto uel pro parte cederet,
sed ad ortam eam de finem, exsoluendis nimirum presidij & alijs
oneribus sequestri subleuandis obtenta fuit: Ita non iniuste eò etiam illa
ingendimus, quoniam & hanc auctio portorii tra, & simul cum ea etiam illa
reteris portorii portio, quae inde ab antiquo in usum nostrum cedere sole-
bat, adeo onera sequestri non exaequet, ut extra ordinem etiam subdi-
tis Ducatu nri tributa satis graua eum in finem imperare necesse
fuerit. Cum itaque ea sit praedictae auctio portorii gditio, nulli dno,
bitany quia Sa. La. Mar. Va. hinc perspicue collectura sit, Ciuitates,
eam ne minima quidem ex parte ullo sine iuris, sine aetatis colore sibi
iudicare posse multo magis iustam de nobis conquirendi eam habere,
quasi à nobis illa indigne defraudentur. Nam quod ad iuris praetex-
tum attinet, in primis ab antiquo portorio nullatenus excluduntur, verum
in partem eiusdem gratioso indultu Antecessorum nrorum, cum certo
onere tra, quod per aliquod temporis spatium non praestiterit, sed nos ipsi
id exsoluere necesse habuimus: de cuius debita prouide refusione huius
solenniter protestamur: & omni concessum, etiamnum admittuntur. Quod
si uero de auctio portorii quae est, non sane de tali auctio
huius aetatis, quam nos pro usibus nris indixerimus: quo casu: quod tra
alij omni prauidicio dictum, nullaque ratione approbatum uolumus: &
fortassis postulata Ciuitatum plus coloris habere uideri possent. Ve-
rum agitur de auctio portorii ad certum finem, in quo nullae Ci-
uitatum partes, ab alijs proposita & conclusa. Quae uero aetate
Ciuitates Regionum, q. Superiore bello, minora pro ortibus
alijs quor. belli huius incommoda affecerunt, onera uel nulla potius
tulere, q. & commercijs aucta fuerit, cum ne uncia quidem sequestri
onera

In civitate hac rade malis, quae cum totum penè jam Ducatum
mündarent, dubio procul in Civitatibus quoque Regimontanis tandem
residissent maxima commoda percipiunt: sublevent nobiscum, qui non
solum antehac Ducatu & ipsiusmet Civitatibus tutandis Electoratum
luctuosissimo in statu ac insolentia militari expositum reliquimus, &
nuper in toto Ducatu maximam, in ea vero Ducatus parte, quae Superior
districtus nomen habet, totalem calamitatem pergesci sumus. Imprese
tuarum onera sequestri soli maximo reddituum Ducatus nostri incendio fu-
imus. Ac insuper Reip: bono toto indiciarum tempore tanto tractu
terrae cum omni usui fructu defraudamur, in hac nuper auctione
portorii concurrere presumant, & toto onere humeris nostris relicto
exigui illi compendij quod onus ipsum ne ex trivente quidem aquat
participationem, meri lucris loco affectare studeant, Jacobi Sa. R. E. M.
Via ex ipsa quae recessimus, colligere poterit.

Neque etiam egestas Civitatum in qua quocumque nonnullam caecae suae
fidium ponere volunt, quicquam hac in re eos juvare poterit. Quom-
odum ea se habeat, de qua tamen nobis satis non constat, minus
perspectum est, annon ipsae huic egestati suae causam dederint, ea
temeritati ac lasciviae ipsarum, dum nova moluntur inutilissimis
eo nomine sumptibus profundunt, accepta ferenda sit, & minor tam-
enimò major longe & vero in Ducatu necessitas est. Haec quidem
inevitabili belli calamitate causata, cui tamen subleuanda non
portorii auctiorem nobis vindicamus.

Multo minus subsidio illis esse potest, qui cum ad exsoluenda praes-
sumpta hactenus nihil contulerint, concludant, iniquum esse ut
praesidia & onera sequestri quicquam prestare teneantur. Neque
in eo statu quoniamvis positus est, an Civitates onera sequestri
parte ferre teneantur, qui tamen cum tanta ex sequestro ad
redundent commoda acquisitam esset: Verum in eo cardo re-
vertitur, num Civitates laudati specialiter ad subleuanda sequestri
onera

14
onera augmenti Portorii participationem de jure pretendere possint,
ut faciamus, quantum interfit inter presidium Memelense quo nra
tutabamur nec non districtis ditionibus nostris & Sequestratum Ma-
vieburgensem, quem magno onere & summo rei nostre dispendio
ulla obligatione rerum liberè eo animo suscepimus ut de S. L. Mte
Vra & Inclite Regae bene memoremur sub hac tamen expressa
conditione ut simpliciter quos favere necessum fuerit nobis suppedita-
rentur Sa. L. Mte. Vra. adeo se equitatis amantem exhibet
ut Civitati Gedanensi, eo attento quod numerosum presidium ex
teris opur habeat totum augmentum Portorii in portu Gedanensi ce-
dat, nec ullam eij participationem pretendat, in quod tamen plus e-
quidem juris haberet quam Civitates nrae in Regiomontana.

Accedit q Civitatum memoria oblitteratum se nequeat, cum ad
1628. communi ordinum consensu atendis. cogijs nostris. novum
quoddam tributum sine portorium impositum & exsolutum esset se
ad nullam eiusdem participationem admitti potuisse, ut proinde mi-
rum haberi non debeat, si ingratitude & iniquitatem Civitatum
satis mirari nequeamus. Sm. vero Sm. Mte. Vra. deusce rogamus
ut persistatis eade nrae meritis, quae in literis suis ad nos super datis
iam Ipsa agnoscat, importunis Civitatum querelis in postremum
aures suas Regiae o prebeat, verum eas a conspectu suo regio ar-
ceat, ut iniquissimis suis postulatis haud leuiter S. L. Mte. Vra.
offensam sentiant. Nec ingratum eadem habebit, nos per expressum
hisc protestari, quod negotium hoc auctoritate portorii, quam nec ipsi
indiximus, nec ex beneficio Sa. L. Mte. Vra. vel Reipub. habemus,
sed ex speciali Legatorum cautione maximo cum onere percipimus
nec ulteriori vitilitigationi committere vel decisioni subijcere nec etiam
nisi alia media atendis presidijs subministrantur, Sequestratiom ulla
locum dare possimus, nisi forte Civitates Regiomontana nos in o
onere

onere sequenti subleuare velint. Hoc enim casu parati sumus eadem
portione seruata, eos ad participationem quoque augmenti predicti Po
torij admittere. Quod si vero prater spem in tam evidenti casu nu
aquitate molestia nobis ulterius creabitur Sa. La. Mt. Vna ad q
ferionem trahere nolit, si tandem rerum talium pratesi omnes u
cuam eo quertam, ut restitute sequendo in mang, a quibus accep
nostra recuperare queam. Prout in omnem euentum Sa. La. Mt.
Vna supra hac re consensus saluis in reliquis Induiciarum pactis
quesitum volumus. Speramus autem Sm. Mt. Mt. Vna. tam con
dentibus casu nre meritis concessuram, et pro sua inuata aequitate
et affectu erga nos paterno, quem filiali obsequio dimere studet
causam ea ratione definituram, ut hinc o amplius grauemur. Inter
S. L. Mt. Vna et serua boni et omnigena felicitatis perenni
ten animo deuotissimo precamur. Dabantur ex Arcenzia Colon
ensi, die. 20. July. ad 1631.

Georgij Cuiusdam Elector

Littera Illm. Electoris ad Regem Poloniae

Reuerentissime et Potentissime Rex, Domine Cognate et Affinis uti
Pater obseruantissime.

Rerum incrementa angustissima et successos florentissimos Sa. La.
Vna. deuote precamur, studiamus et obseruantiam deferimus debita fidei
filialem.

Jam ad aliquo tempore redditum est nobis Rescriptum S. L. Mt. Vna
cum exemplo Responsi Ciuitatibus nris Viteri, Oppidi et Libmanji
Regiomontanis, a Sa. La. Mt. Vna Varfaua dati nec quicquam mag
in votis habuimus, quam ad illud debita obseruantia prima quoque
casione respondere et Remedia iuris, qua in un facere Videantur
adhibere. Verum cum desertis ditionibus nris Cir-Albinis ab Exc
citu Caesarano post indignam Oppidorum nrorum Francofurti et
Sandbergae expugnationem ad deditonem exercitus Suecicus, ad
Nostro poter

15
Metropoles nostras progressu ducis admodum postulatis nos agi
petiverit & viserit, impossibile nobis fuit, tali statu quo summa re-
rum nostrarum quasi in acie nonacule consistebat illa pro eade digni-
tate persistere & examinare. Speramus itaque S. R. Mtes Vras hac
calamitosa ac penè deplorato rerum nostrarum statu mora nra ne
quicquam offerendum iri. Ex quo autem ut tantillum spiritum reuo-
care & vires recolligere licuit, non negleximus petita Civitatum
nrarum quibus inqz nomine gravaminum preterere & S. R. Mtes
Vram summis Regni negotijs intentam gravare haud verite sit,
una cum Responso à S. R. Mte Vra dato. & Rescripto Sa:
Luce. Alts Vra eo noie ad Nos pro rei momento exigere & trahi
nare. Et merito equidem miramur temeritatem & impudentiam Cui-
tatum nostrarum, quod nulla urgente necessitate, re coram nobis si-
qui tamen haud quaquam pretervendi & negligendi erant. nec dum
agitata, imò ne quidem ad Nos nisi paucis alibi diebus relata, talia
ad S. R. Mtes Vram deferre ausu sint; quorum quidam extra con-
trouersiam in rem iudicatam transiere & in executione consistunt:
quæ si ipsis à supremis nostris Ducibus Consiliarijs denegata fuisset
nræ auctoritatem implorare potuissent. Quædam statum Ducatus
& omnem ordinem Juris concernunt, ut his mandatis & eorum senten-
tia non perquisita determinare non potuerunt, nec etiam num possint.
Quædam ad ordinarium processum in iudicio ordinario pertinent,
ubi si sententia prima Instantia se gravata sensissent ad beneficia
& remedia Juris recurrere integrum erat. Quædam à nræ Cle-
mentia & mera gra dependent, & hac ratione apud Nos solum de-
bita observantia & subiectione quaerenda fuerunt. Quædam deniqz
non solum nullis fundamentis nituntur, verum notorie recessu, decre-
ta & responsa priora impugnant nostram auctoritatem, eminenti-
am & summa regalia afficiunt, iurqz ac Privilegijs Ducatus penitus
pervertere

peruenter nituntur. Haec, quae recensimus, & quod adeo indigne
Nobis praeteritis, & neglectis Ordinarijs & pactis conformibz modo
via S. Rom. Mat. Vram nulla urgente necessitate Ciuitates graui
